



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati
Caesarei, Pars Lyrica**

Gibbes, James Alban

Romae, 1668

Ad Gvaltervm Astonvm. Quandò secunda iam legatione apud Hispaniæ
regem perfunctus redibat in Angliam. Ode VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13378

Io IAC. ALB. GHIBBESII

Hinc diuina virum flamma dabit graues

Aprilis tirulos, sanctior aspici :

Dicit Paula Kalendas,

Idus proferet Allobrox.

Quam dispar Veneri copula cœlitum.

Franciseis ut vtrisque altera gratia.

Illum Roma dicauit;

Nunc signat minio nouum,

Fastorum memores quo moneant libri

Instaurare decus thuribus annuis.

Ambos Gallia plaudit

Dulci mittere de sinu.

Centum parte aliâ sibilat anguibus

Fœdo Lerna laçu : Lerna SALESIO

Quantum infensa Lemani,

Victori velut Herculi!

Frustrâ : nam meritas hoc magis aggerat

Laudes, ætherei præmia pectotis,

Linens ut crepet Hydra,

Mitis Relligio modis.

Virtuti geminos addere turtures

Prægestit, niueæ ternaquæ luminæ

Ceræ ; congrua factis

Argumenta nitentibus.

Ut Petri superant culmina turtures,

Et splendent vario fornice lumina;

Sic te, SANCTE, sequemur,

Lactisquæ & facis æmuli.

AD GVALTERVM ASTONVM.

Quandò secunda iam legatione apud Hispaniæ regem
perfundus redibat in Angliam.

O D E VII.

F Elicem dubijs haud ego nutibus

Regnotum impositum gratulor exitum,

Diu-

LYRICORVM LIB. I. 11.

Diuīsumquē teneri
 Constanti populum fide .
 Non regem Hesperium, & purpureæ togæ
 Fratrem, quiquè Aquilas imperij tenet ,
 Per te cautus amicos
 Nostræ laudo Britanniæ .
 Phœbumquē oœciduis fluctibus emori ,
 Ac nasci temerè; cum Thameſi Tagum
 Vno pendere sensu
 Vectigalia Nereo .
 Ingens consilium, & mentis opus tuæ ,
 O GVALTERE, sacrum . Facta perennibus
 Scalpentur monumentis ,
 Et fasti memores canent .
 Nos iucunda soli, nos salis æquaora
 Optamus redeunti, & facilem Iouem
 Largiri tibi soles
 Albos, claraquē Deliae
 Semper cornua; seu nira perambulas
 Hispanæ Cereris, seu liquido patri
 Gestis credere pinum ,
 Gratam seu teris Angliam .

ALMERICO ESTENSI, PRINCIPI,
ALVMNO SVO.

Valentiam Cispadanam à Francisco patre , Mutina
 Duce , gloriose expugnatam gratulatus , herōis eum
 tanti exemplo ad laborem , ac vere virtutis laudem
 incendit .

ODE VIII.

V Allum rupit iō victor, & Insubruis
 Ignatas Aquilas mœnibus intulit , ALMERICVS
 Arma interquē tubas, raucaquē tympana
 FRANCISCVS, gravis aspici .
 At nunc composto pectoris impetu ,
 Decedant fidibus glassica Lydijs ;
 Illud ,